

Responsum à Sigismundo primo
rege Poloniae, datum Alberto marchi-
oni duci Prussiae, Gedani 1526.

142

Sacra maiestas regia, illustrissime prin-
cipis, non ignorat serenissimum olim pa-
rentem suum dominum regem Casimirum
item et fratres suos reges defunctos non
persolvisse dotem promissam patri illustris-
sima dominationis vestrae, et quod illi non
fecerunt, faceret equidem maiestas sua li-
berissime.

Verum ipsamet illustrissima domi-
natio vestra liquido scire et intelligere po-
test, quantis bellis, impendiis, et aliis dif-
ficultatibus maiestas sua continuè pre-
matur, ut haecenus nè respirare quidem
ullo tempore potuerit.

Nec sine magna sua gravitate cum
aliis de huiusmodi dote persolvenda compo-
suerit, qui licet semper erga maiestatem
suam et regnum eius optimè se gesserunt,
solvere tamen illis maiestas sua non sine
magno suo incommodo, et quidem vix
potent.

Et proinde postulat maiestas sua
ab illustrissima dominatione vestra, et pari-
ter ab aliis eius fratribus, velint adhuc
illustrissimae dominationes vestrae, tantisper
expe-

expectare, donec maiestas suas ab istis
 suis bellis et difficultatibus paululum re-
 spiraret, et tum demum non gravabitur
 maiestas sua ita componere cum vestris
 illustrissimis dominationibus de ipsa do-
 te persolvenda, ut melius fieri poterit, nam
 hoc tempore id nequaquam maiestas sua
 prestare potest, etiamsi hac in re cu-
 piat vestris illustrissimis dominationi-
 bus gratificari.

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]